

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra ak  
cum uariis

De statu suo Dauid cadente nemo superbiat; de lapsu eciam suo Dauid surgente nemo desperet. Ecce quam mirabiliter scriptura sacra eodem uerbo superbos premit quo uerbo humiles eleuat! Vnam namque rem gestam retulit et diuerso modo superbos quidem ad humilitatis formidinem, humiles uero ad spei fiduciam reuocauit. O inestimabile noui generis medicamentum quod uno eodemque ordine positum et premendo tumencia exsiccat, et subleuando arencia infundit! De malorum nos lapsu terruit, sed de reparatione roborauit.

Gregorius libro XXXIII. moralium capitulo X.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Scriptura sacra ak] Scriptura sacra an P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Dauid cadente] dicendum cadente V<sup>1</sup>, cadente dicendum V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Dauid surgente] dicendum surgente V<sup>1</sup>, surgente dicendum V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; desperet] desperat (*cor. intra*) B; diuerso modo] eodem modo (*cor. intra ad modo diuerso*) C; o] ad B; subleuando] sub leuando P V<sup>1</sup>; libro XXXIII. moralium capitulo X.] in moralibus V<sup>2</sup>; Gregorius libro XXXIII. moralium capitulo X.] ibidem L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>